

& debet diuidi in duas partes ex quarum multiplicatione producatur $4\frac{1}{4}$, faciemus hoc per centesimam regulam iterum quadragesimi secundi capituli, & erunt partes $2\frac{1}{6}$ p. R. $\frac{13}{16}$ & $2\frac{1}{6}$ m. R. $\frac{13}{16}$ & horum multiplicatio tantum facit quantum aggregatum & cubi earum sunt $25\frac{1}{27}$.

Circa hoc nota quoniam cum 1. cu. æquetur 3. cen. p. numero & æquatio debeat esse talis quod dimidium in se dictum saltem debeat æquari aggregato & hoc non competit alicui numero minori 4. Igitur aggregatum æquationis non potest esse minus quam 4. & quia minimus cubus partium 4. diuisi in duas partes est 16. nam cubus de 2. est 8. & 8. duplicatum facit 16. igitur talis quæstio non potest proponi in minori numero quam 16.

25 Vigesima quinta, Inuenias tres numeros continuè proportionales, quorum primus sit 2. & quadrata secundi & tertij iuncta faciant 40. Pone quod secundus sit 1. co. quadrata, sit 1. cen. & hoc eum quadrato tertij debet æquari 40. igitur tertius est R. 40. m.

2.	1. co.	R. 40. m.	1. ce.
4.	1. ce.	40. m.	1. ce.
160. m. 4. ce. æqualia 1. ce. ce.			
2.	R. v. R. 164. m.	2. R. 41. m.	1.
	R. 164. m.	2. 41. m.	R. 164.
40.			

1. cen. Habes igitur eos, quadra singulos, habebis 4. 1. cen. & 40. m. 1. cen. multiplica primum in tertium, fit 160. m. 4. ce. & hoc est æquale quadrato secundi quod est 1. ce. ce. Igitur 1. ce. ce. p. 4. ce. æquatur 160. Igitur res valet R. v. R. 164. m. 2. & hæc est secunda quantitas, quadra eam fit R. 164. m. 2. diuide per 2. primam quantitatem, exit tertia R. 41. m. 1. & quadrata secunda & tertia, faciunt 40. vt vides in figura, nam R. 164. p. & m. nihil faciunt, & 42. & m. 2. faciunt 40.

Quod si dicat quod media sit 2. & quadrata prima & tertia sint 40. tunc est longè facilius. Quadra 2. fit 4. diuide 40. in duas partes, ex quarum multiplicatione fiat 4. & erunt (per centesimam regulam quadragesimi secundi capituli practica) partes 20. p.

$$R. v. 20. p. R. 396. | 2. | R. v. 20. m. R. 396.$$


R. 396. & 20. m. R. 396. & R. v. harum erunt numeri quæsi.

26 Vigesima sexta, Fac de 10. tres partes continuè proportionales, ita quod multiplicatio secunda in primam sit $\frac{1}{3}$ aggregati quadratorum secunda & tertia. Pone primò quod partes sint 1. 1. co. 1. ce. productio secunda in primam est 1. co. quadrata secunda & prima sunt 1. ce. p. 1. ce. ce. Igitur 1. cu. p. 1. co. æquatur 3. schifando omnia per 1. co. quare res valet R. v. cu. R. $2\frac{1}{10}$ p. $1\frac{1}{2}$ m. R. v. cu. R. $2\frac{2}{10}$ m. $1\frac{1}{2}$ & hæc est secunda quantitas, & prima fuit 1.

Prima,	Secunda,	Tertia,
1.	1. co.	1. ce.
1. co. 1. ce. 1. ce. ce.		
1.	1. co.	1. cu.
3. æqualis 1. cu. p. 1. co.		

& tertia est quadratum secunda ex supposito quod est 1. ce. quare habita summa trium quantitatum, multiplica 10. per secundam & fit R. v. cu. R. 287037 $\frac{1}{27}$ p. 1500. m. R. v. cu. R. 287037 $\frac{1}{27}$ m. 1500. hoc productum diuide per tale aggregatum, quod exit est valor secunda quantitatis. Et si per eundem diuisorem, id est aggregatum diuiseris 10. exhibit valor prima quantitatis, & ita de tertia multiplicando eam per 10. & diuidendo per dictum aggregatum.

Vigesima septima, Sit circulus a b e, cuius diameter sit a b & sit 10. & sit in eo circulus a d c & contingat maiorem in a, & sit protracta a d medio modo proportionalis inter a c & c b, & sit d e 3. Quæro quanta est a c diameter parui circuli, quia enim a d se habet ad d e sicut a c ad c b, quia productis d c & e b fiunt duo trigoni similes, igitur erit proportio quadrati a c ad quadratum a d veluti a c ad c b & ex consequenti veluti a d ad d e:



sed proportio quadrati a c ad quadratum a d est veluti quadrati a d ad quadratum b c (quia a c a d c b sunt continuè proportionales) igitur proportio quadrati a d ad quadratum c b est veluti a d ad d e: sed proportio quadrati a d ad quadratum c b est duplicata ad proportionè a d ad c b. Igitur proportio a d ad d e est duplicata proportioni a d ad c b. Igitur a c, a d, c b, d e, sunt continuè proportionales. Ponatur igitur c b 1. co. quadra, fit 1. ce. diuide per e d quæ est 3. fit da $\frac{1}{3}$ cen. Multiplica $\frac{1}{3}$ cen. in 1. co. fit $\frac{1}{3}$ cu. diuide per e d quæ est 3. exit $\frac{1}{9}$ cu. & hoc est a c. Igitur $\frac{1}{9}$ cu. p. 1. co. æquatur 10: nam a c est $\frac{1}{9}$ cu. & c b posita est 1. co. & a b est 10. quare multiplicando per 9. fiet 1. cu. p. 9. co. æqualia 90. Quare per capitulum suum res valet R. v. cu. R. 2052. p. 45. m. R. v. cu. R. 2052. m. 45. & hæc est quantitas b c. Quare a c est 10. m. R. v. cu. R. 2052. p. 45. m. R. v. cu. R. 2052. m. 45. Pro cognoscenda autem a e, dices si R. v. cu. R. 2052. p. 45. m. R. v. cu. R. 2052. m. 45. producit 10. quid producet 3. Multiplica 3. in 10. fit 30. diuide per R. v. cu. R. 2052. p. 45. m. R. v. cu. R. 2052. m. 45. quod exit est quantitas a e. Vel aliter, quadra c b fit R. v. cu. 4077. p. R. 16621200. p. R. v. cu. 4077. m. R. 16621200. m. l. 6. diuide per d e quæ est 3. exit R. v. cu. 151. p. R. 22800. p. R. v. cu. 151. m. R. 22800. m. l. 2. & tanta est a d. Igitur cum a e sit 3. p. erit a e R. v. cu. 151. p. R. 22800. p. R. v. cu. 151. m. R. 22800.